



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولي BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. 0507

Sabato 19.07.2025

Sommario:

- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alle celebrazioni liturgiche in occasione del 400° anniversario delle apparizioni di Sant'Anna ad Auray (25-26 luglio 2025)**
- ◆ **Rinunce e nomine**

-
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alle celebrazioni liturgiche in occasione del 400° anniversario delle apparizioni di Sant'Anna ad Auray (25-26 luglio 2025)**

In data 24 maggio 2025, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Robert Sarah, Prefetto emerito della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, Suo Inviato Speciale a presiedere le celebrazioni liturgiche che si terranno nei giorni 25 e 26 luglio 2025 presso il Santuario di Sainte-Anne-d'Auray (Diocesi di Vannes, Francia), in occasione del 400° anniversario delle apparizioni di Sant'Anna al contadino bretone Yvon Nicolazic.

La Missione Pontificia che accompagna l'Inviato Speciale è composta dai seguenti ecclesiastici:

- 1) Rev.do Don Ivan Brient, Parroco di Theix e già Vicario Generale di Vannes;
- 2) Rev.do Can. Gabriel Jegouzo, Decano del Capitolo cattedrale di Vannes.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Robert Sarah:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratelli Nostri

ROBERTO S.R.E. Cardinali SARAH

Praefecto emerito

Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum

Ineffabilia Regni caelorum mysteria maxime parvulis revelare dignatur Altissimus (cfr *Mt* 11,25-26). Quam ob rem gratia Dei s. Anna, mater suavissimae Beatae Mariae Virginis, agricolae Ivoli Nicolazic miraculose apparuit, ut renovanti flamma spirituali Aremoricae populi fides exardesceret. Parvum quidem sacellum est exstructum, quod, ob frequentem devotorum concursum, insigne sanctuarium, s. Annae d'Auray dicatum, est factum atque temporis decursu desideratissimus innumerorum peregrinorum locus. Demum aprico die mensis Septembris anno MCMXCVI ad familiarum fidem, spem et caritatem alendas ac vivificandas eo feliciter pervenit et Decessor Noster s. Ioannes Paulus II.

Fausta igitur occasione capta quadringentesimi anniversarii proximo mense Iulio s. Annae apparitionum in oppido s. Annae d'Auray, Venerabilis Frater Raimundus Centène, Episcopus Venetensis, humanissime papam Franciscum, nunc bo. me., rogavit ut aliquem eximium Purpuratum designaret, qui celebrationibus in commemorationem s. Annae Summi Pontificis nomine praeesset atque verba spiritualis cohortationis pronuntiaret. Piae huic postulationi adnuere volentes et designationem a Decessore Nostro felicis recordationis papa Francisco expressam confirmantes, ad te, Venerabilis Frater Noster, decurrimus, qui, pietate doctrinaque praeditus, sedulus ac diligens emines in vinea Domini operarius.

Te igitur hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad celebrations de quibus supra diximus, quae videlicet diebus XXV-XXVI advenientis mensis Iulii, memoria data s. Annae, in oppido s. Annae d'Auray congruenti ritu agentur.

Cohortabere omnes huius eventus participes ut renovatis viribus novoque studio vivam servent spem ad promissa Dei obtainenda, quippe qui huius Iubilaei copiosa adepti sint spiritualia beneficia et caelestis bonitatis gratias, quae procul dubio in cotidiano sustinendo opere multum afferunt adiumenti.

Sacrorum Antistitem dioecesis Venetensis, cunctos fideles ibi congregatos, venerabiles Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque, publicas auctoritates et christifideles laicos, Nostro salutabis nomine Nostramque iis ostendes benevolentiam.

Nosmet Ipsi te, Venerabilis Frater Noster, in tua missione implenda precibus comitabimur, s. Anna eiusdemque incomparabili Filia, Beata Maria Virgine, intercedentibus, tibique Apostolicam Benedictionem libentes iam nunc impertimur, signum Nostrae erga te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus sane celebrationibus participibus rite transmittas volumus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXV mensis Iunii, Anno Sancto MMXXV, Pontificatus Nostri primo.

LEO PP. XIV

[00917-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ Rinunce e nomine

Nomina dell'Inviato Speciale alla celebrazione del 650° anniversario della creazione della Metropolia di Halyč

Il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Crescenzo Sepe, Arcivescovo emerito di Napoli, Suo Inviato

Speciale alla celebrazione del 650° anniversario della creazione della Metropolia di Halyč (successivamente Lviv dei Latini), prevista a Leopoli, presso la Cattedrale di Santa Maria Assunta, il 6 settembre 2025.

[00918-IT.01]

[B0507-XX.01]
